Perillustris Dne

ACAD.
LUGD.BAT.
BIBL.

Vides oculis alienis aliena manu litteras exaratas:
veniam dabis homini lippo et intempesta nocte haec
dictanti. Ita est; mortalitatem superiori elapso ab
hinc posuit Cornelius Klouckius propugnaculi S.ti
Annae vigilum praefectus: nos Majorem vocamus.
Has qui defert equestri atque ex inde pedestri
militiae sex super viginti annos jam nunc initiatus
atque ad honorum non nulla statuta sua profectus
sperat in defuncti locum surrogari atque succenturiari
ut possit fore non alienum ab iis quae domi forisque
fortiter juste atque ex fide gessit, sperat item
nobilissimum Pollottum cui summa dicti propugnaculi
est demandata cura, liberali fide in veri testimonium
haec ipsa allaturum, et pro se venturum in partes.
quando vero et ipse majorem modum a me petit
ut justissimis desideriis suis meas et preces adiungam
certe tam deesse nolui quam nec debui: utpote
cui iam ante decennium a claro comprimis ac fide
dignissimo authore relatum est talem hunc esse
mortalem, ut provehi ad majora progressus mereatur
et quem dubium non sit, editiore in loco positum clariora
quoque daturum specimina compertae testataeque
virtutis. Quare et te perillustris Dne, hic est quod
potes, velis, rogare sustineo. Non poenitebit te etiam
hunc ex eorum numero esse illorum qui authoritati
Vestrae commendationique debent incrementa sua, atque in
honoribus progressus: quos inter habere ac collocare

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Graswinckel) 11
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4359

hunc ipsum si dignaris, erit ut se que et suos debeat, lubensque impendat tibi, cuiusquo iussis. Accedam ego quoque in talem tantamque debiti partem quantam recipere in se et potest et paratus est

Per Illustris Dne

Laudem super egresso nomini tuo dicatissimus
Theod. Graswinckel

22 May 1646. e domo Landaei

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Graswinckel) 11
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4359

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Graswinckel) 11
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4359

Wel Edele ghestrenge hoogh
achtbaer heere

Mijn heere Constantin Huygens
Ridder heere van Zuligem etc
Raedt en Secretaris van sijn hoogh[t].
In
S'graven haghe

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Graswinckel) 11
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4359